
Abraham Coll~~???~~inger, Heidelberg, Mappe 7. Q
16 Januar (15)90 [an Phil. Camerarius ~~Dr. med.~~)
in Nürnberg (Rath der Republik) fol. 2 Seiten c. Sig. & Adr.

In dem Briefe, den ich aus Venedig am 6ten dieses von unserm gemeinschaftlichen guten Freunde Zingerlin erhalten, wird der Wink ertheilt, ~~wenn~~ ich ihm antworten wollte, möchte ich den Brief nur an Dich adressiren. Vorher hatte ich schon gemerkt, dass er nach Deutschland berufen sei u. auch von wem. Ich hoffe, dass seine Ankunft der Republik [Nürnberg] nicht schädlich sein wird. Da ich nicht zweifle, dass es Dir unverborgen ist, wo er weilt u. ob er schon auf der Rückreise ist, glaube ~~ich~~, dass am Besten weisst, was Du mit diesem meinem Briefe u. dem, welchen mein Bruder schicken will, anzufangen hast. —

Hier giebt es wenig Neues. Das ist gewiss, dass dem König von Frankreich alles glücklich von Statten geht



verte

u. er die meisten Provinzen in seine Gewalt gebracht hat, während die rebellischen Städte schon im Wanken an vielen Stellen begriffen sind. — Aus dem Briefe eines hochgestellten Päbstlichen habe ich Folgendes: Der Lothringer (Herzog) flehe dringend den Pabst um Hülfe, denn er könne dem ihm drohenden Unwetter wegen der nahe-heranrückenden Kühnheit des Anlaufs nicht widerstehn. Auch habe ich einen Brief gesehn worin der päbstliche Gesandte Cardinal Cajetanus berichtet über die Gefahren seiner Reise, viele von denen, die seine bewaffnete Schutzbegleitung gebildet, seien niedergehauen. Die Pariser seien fast auf's Aeusserste gebracht. Des Königs Feinde in der Picardie, die bereits früher geschwankt, neigten sich nun zum Könige. Aus der Beilage wirst Du entnehmen, dass die Reue, die nothwendige

Fortsetzung von Mappe 7. Q

Fortsetzung von Mappe 7. Q

2

Begleiterin eines übel berathenen Unternehmens sich auch schon bei den Oesterreichern einfindet. Glücklich ihr Nürnberger, die ihr euch mit Zinderlin besprechen könnt. Ich muss mich über Nichtabsendung von Briefen wegen Abwesenheit entschuldigen. Leb wohl u. grüsse angelegentlich Deinen geliebten Bruder

P.S. In diesem Moment wird mir geschrieben, dass wenig gefehlt, so wäre die Stadt Cöln von den Spaniern auf Drängen des Bayern eingenommen.

(Lat. Brief. – ein Folioblatt; p. 1 & init. 2 Text, p. 2 Adresse)

(Colbringer hat nicht nur die Berufung Zinderlin's in die Dienste d. Stadt Nürnberg vorher gewusst, sondern ist auch über die Fortschritte Kön. Heinr. IV aus den intimsten Nachrichten seiner Gegner auf das Genaueste unterrichtet, eine Art diplomatischer Genie)

verte

vid. Anhang z. d. Mappe J. Q



Anhang zu Mappe 7. G 3

Am Schluss des Briefes finden sich noch zwei Bemerkungen in recht kleiner Schrift, den Zügen nach vielleicht auch von Colbingers Hand. Die erste lateinische: „Diesen Menschen, als er von Amberg zurückkehrte, habe ich aufgefordert sich an Dich um Antwort zu wenden." Diese Aeusserung ist nach dem Inhalt des Briefs unverständlich, dennoch könnte sie auf den eingeweihten Philipp berechnet, von ihm verstanden sein. ——

Der zweite Zusatz ist italienisch u. heisst: „Le lettere accompagnate sono mandatemi da Vinegia, senza dubio per errore. Io pregola, S.(ignoria) V.(ostra), di dirizarle a suo luogo." d.i. auf Deutsch: „Die beiliegenden Briefe sind mir von Venedig aus aufgegeben, gewiss irrthümlich. Ich bitte Ew. Herrlichkeit, sie an die richtige Adresse zu befördern." Ganz verständlich, denn auch Philipp war ein Italianissimo.

Abraham Colbinger Heidelberg 4 Dec.
1598 an Philipp Camerarius, J.U.Dr. u. Mappe 7.77
Rath d. Republ. Nürnb. zu Nürnberg

Der erhaltne Brief ist so voll von Seiner Zuneigung zu ihm, dass er darauf baut, die erst neue Bekanntschaft werde zu einem innigeren Verhältniss führen; trotz seiner schwachen Begabung solle wenigstens sein Eifer dazu niemals fehlen. — Jetzt schickt er Ihm ein paar Arbeiten die ihm die Grösse der göttlichen Wunder ausgepresst und die Seine Ermahnungen u. Rathschläge ans Licht gefördert als Zeichen Seines Danks dafür. Hält Er sie für probegültig, werden sie andre auch dafür ~~halten~~ gelten lassen. — Dann sendet er noch einen gedruckten kurzen aber wahren Bericht über die Begebenheiten beider Mächte, wie ihn die Königen von England an Churpfalz eingesendet, mit der Bitte um Nachsicht für Druckfehler. — Von beiden Sachen schickt er drei Exemplare, zwei davon für die Herrn Baumgartner u. Dr. Hörlin, die er zu grüssen bittet.

P.S. Diesem Packet hat er ausser seinem noch einiger Freunde Briefe beigelegt, den er an Zindelin in Venedig zu spediren bittet.

verte

(Lat. Brief; ein Bogen Folio, p. 1 Text, p. 4 Adresse)



S. P. Antequam hae tibi redderentur, Amplissime Vir, reducem esse
Vobis factum optimum Zindelinum nostrum et ex ipso vos
intellexisse, quo in loco is me reperturum speraverit, certo
mihi polliceri audeo: Quam molestum autem mihi fuerit,
quod minus istuc optimum Principem meum comitari, quo accersitus
quidem diligenter, negocijs aulicis celebritud: quibus vero
omnia postpono, retentus fui, non est quod pluribus exponam.
Ex eo autem, te recte de natura mea et ingenio iudicare
persuadeo, quod ex optare ~~te~~ ostendit mihi quem is tam haud
vulgarem felicitatem alloquendi Virum et prudentissimum
et integerrimum, et mihi desideratissimum: neque tamen eo minus
omnibus temporis momentis per hosce dies me Vobiscum fuisse
potiore mei parte mihi videor.
De rebus Gallicis ex advectis gallicis cognosces. Quid
Serenissima Angliae Regina a nostris Principibus nuperrime
non tam Regis Galliae causa quam ob communem salutem
amanter et obnixe petiverit, non ignoro, quod vero responsi
abstulerit fere ubivis. Vno excepto, dispudet cogitare ne
dum scribere. Ita adversarij voti sui detestabilis
compotes fiunt, non tam sua industria et felicitate, quae
certe singularis est, quam nostrorum voluntate et consensu.
Hactenus ego deploravi Germaniae veternum supinum, nunc
et ibi etiam cogor detestari incurabilem letargum.
At ex inducijs Persicis et Turcicis, quas lassitudo potius quam
desiderium et cupiditas exprimere videtur, tantae calamitatis
Orbi Christiano immineat, quantum mali sensimus ex otio
isto ~~ab~~ a armis Turcicis hactenus quiescentibus, Hispanicis
vero in viscera nostra saevientibus, ambigo. Antichristi

Romani in Regna sua extorta opes suas et Hispanorum
insatiabilis dominandi libido videntur exsuperare
Turcae tyrannidem, cuius finem, aut certe terminum
prospicere haud difficile est praeterita cum praesentibus
et vatum oracula conferenti et consideranti. Sed
quid ego haec ad te? quin bene valebis et nos
ut hactenus vere quoque amabis. Dato 23 Febr.
Anno CIↃ IↃ XC.

Fratrem ut meis verbis
salutes, plurimum a te
peto.

Tui studiosiss.




Clarissimo Doctissimoq Viro, Dno Philippo
Camerario, I.V. Doctori, et Reipub. Norica
a Consiliis, amico suo singulari.

Nüremberg

27. Febr.
A° 91

 Eslbinger

Q.

S. Clarissime Vir, amice plurimum colende. Literas quas
Venetijs Vir huius Dnus Rindelrinus nos et
Tuis et summus amicus ad me dedit, immitto si respon-
dere ipsi velim, tibi ut transmitterem meas.
Antea cognoveram Illum Germaniam evocatum
et quo: spero ipsius adventum Reipub. sibi nihil
obfuturum. At quia non dubito, te non latere
ubi nunc, et utrum in reditu sit, etiam quid cum
hisce meis et quas frater meus Augusta misit
est, faciendum sit, tu optime ex tempore iudicabis.
Nova hoc tempore multa non ~~illud~~ habemus,

illud autem certum est, Regi Galliae omnia feliciter
evenire, plerisque provincijs in suam potestatem
redactis, civitatibus rebellibus passim acceptantibus.
Ex literis summi cuiusdam Pontificij haec habeo:
Lotharingum obnixe a Papa auxilium implorare
neque enim se tempestati sibi imminenti propter
temeritatem proximam, resistere posse. Ille


et literas ad bus legatus Pontificius Car-
lis Caetanus rationes reddit de periculosissimo
suo itinere, exponens plurimos ex ijs qui latera
ipsius tueri debuerant, caesos esse. Lutetianos
pene ad extrema redactos. qui hactenus in
Picardia mutarunt loca, iam ad Regem in-
clinant. Ex adiunctis intelliges poenitentiam
temeritatis et inconsulti conatus comitem individu-
um iam et Austriacos subortam. Beatos
Vos Norimbergenses praedico, qui colloquium cum
Rindelrino nostro potuistis. me de inmissione

literarum propter absentiam excusatum habebo.
Vale et fratrem tuum, mei amantissimum, meis verbis
diligenter saluta. Datae Heidelbergae XVI
Januarij Anno 90.

Hunc hodiem Amberga revertentem
responsum à te petere iussi.

T. Studiosiss.

Abrahamus Colbingerus

Hoc memento horae perscribitur ad
nos, parum abfuisse quin Urbs Coloniensis
ab Hispanis adiuvante Bavaro capta fuisset.

Le lettere accompagnate
sono mandate mi da Vinegia,
senza dubio, per errore. Vi prego la S.V.
di dirizarle a suo luogo.

Clarissimo Doctissimoque Viro
Dno Philippo Camerario
Reipubl. Noricae a consiliis
amico suo plurimum colendo.

Nürnberg.


Abraham Kolbinger
20. Jan. 1590



Clarissime Dñe Doctor, mitto ad te exemplaria epistolæ contra Schmidlinũ incerti auctoris et editionis, quæ si tibi uidebitur ita, communia esse uolo cum amicis. Non dubito effrænatissimo nebuloni hac ratione ægrius fieri quam in grauiori scribendi genere. Somnia sunt illa, quæ ipse cum suis denuo molitur: plurimi affirmant se certa habere indicia, eum à Pontificijs conductum ut dissidia hæc in posterum quoq; foveat. Noua nobis istic notiora sunt. Inter Marchionem uicinũ et Rempub. uestram transactum. Maximilianũ libertati restitutũ iri breui, sunt qui ita affirmant, quasi scirent. Vale. Datæ celeriter 2 Aprilis Anno 89


Tui studiosus

Abrahamus Eolbingerus



Praestantissimo Viro Dno Philippo Camerario,
Reipubl. Noribergensis advocato, amico suo
percharo

Nürnberg




S P

Literis tuis, Excellentissime Vir, refertis tuo erga me studio singulari atque benevolentia, nihil mihi gratius contingere potuisset, quae me certum reddunt et in sententia illa confirmant, qualemcunque nuper inter nos initam notitiam, certae in posterum amicitiae mutuo auspicium fore. Quod igitur faelix atque faustum sit, utrique de hac gratulor accessione tibique persuasum imo exploratum esse volo, me si non officiis (non ignarus quam curta mihi sit supellex.) studio saltem animique promptitudine aliquando satisfacturum. Nunc tibi mitto partus aliquot ingeniorum nostrorum, quos expressit divinorum miraculorum magnitudo, admonitiones meae et consilia produxerunt, obstetricante in omnibus debita gratitudine: quae si, ut spero, exactissimo tuo satisfecerint iudicio, caeterorum facile sustinebunt: subsequentur quaedam eiusdem generis alia: habes etiam rerum utrinque gestarum veram sed compendiosam narrationem, ut eam Regina Angliae ad nos transmisit, admonitum autem te volo, operarum aut negligentia, aut inscitia aut festinatione importunitate germanica aliquot in locis [illegible] laborare. De singulis autem tria accipito exemplaria, ut Amplissimi et sapientissimi viri Dni Baumgartneri et Doctoris Hörthini nostro quoque habeatur, quos etiam meis verbis salvere iubeas, rogo. Vale vir clarissime amantissimeque et me quod facis, amare pergito. D. Heidelbergae prid. non. Decemb. Anno cIↄ Iↄ XXCVIII

Tui observantiss.

Abrahamus Colbru-
gerus.

Coniunxi huic fasciculo meas nonnullorum amicorum litteris, quem ut Venetias perferendum batti cures, etiam atque etiam Rudekino nostro peto.



Excellentissimo Viro Dno Philippo
Camerario I. V. Doctori et Reipub.
Noribergensis à Consilijs, amico
suo singulari

8 Decemb. Ao 88

S. Gratiarum actione, Excellentissime Vir, de transmissis scriptis, apud me nulla opus fuerat, nam longè maiora me uobis debere, et lubentissimè prostiturum ingenuè profiteor. Operam tuam et fratris in curandis eius amici nostri Veneti literis Illustrissimo Principi gratam esse, spero breui intelligetis, et non Lycio, qui angustius prouenit et ob vecturae incommoditatem non semper transmitti huc potest, saltem alia grati animi significatione.


Huttenus adhuc nobiscum est, utrum autem mansurus in posterum sit, ignoro, nam ad liberiorem vitam cuius, ut in libertate altus et natus semper auidissimus atque studiosissimus fuit, aspirare uidetur: quem tamen absque singulari vectura non dimittemus.

Res nuper in Gallijs gestae, iam videntur omnia Coniuratorum quasi explorata consilia et nefandos conatus ita disturbasse, ut illam cladem omnibus prioribus incommodis Poloniae et classicis longissimè praeferant, et unicè deplorent, neque obscura indicia praeferant, in Guisio unicam ipsorum spem positam fuisse. Imperatorem certè affirmant nuncio accepto quasi exanimatum paullo post recollectis viribus prae indignatione et dolore penè furore periturum fuisse. Praecipui in Aula Imperatoria iam non dubitant palam asserere, Lutheranis in Germania omnibus vltimam vitae horam instare. Haec tamen nostri Principes, vno excepto, non intelligere admoniti, aut intellecta ad animum admittere nolunt. Quam ἀπάθειαν καὶ ἀστοργίαν manet procul certum et inevitabile exitium: nam, ut scimus, in corporibus affectis membra ita tabe confecta ut sensu expertia sint, resecare tandem necesse est.

Jam iam nactus sum adiuncta Protestationis nescio cuius auctoris exemplaria, utrum bono contexta sit filo, quia nondum legi, ignoro, mittere tamen visum est, ut amicis co[m]ia sint. In Episcopato Coloniensi novum incendium oritur, quod latius serpet. Sed haec hactenus. Vale Vir Excellentissime. Datae Heidelbergo pridie Calend. Febr. A° 83.

Tui observantiss.

Abrahamus
Colbingerus





Praestantissimo Doctissimoq[ue] Viro Dno
Philippo Camerario, Reipub. Noribergensi
Advocato, amico suo [...]ssimo colendo.

Nürnberg


5. Feb. A° 89

S. Amplissime Vir, quod de paulatim recuperata Valetu-
dine mihi gratularis, ex eo tuam erga me benevolen-
tiam agnosco, illam quidem hactenus diu optavi et
speravi frustra. Semper .n. intermissae febris paroxys-
mi recurrunt. Sed vero medico Redemptori meo
curam mei omnem commisi, in hominibus .n. nullam salutem
video. Gratiarum actione de ~~libris~~ pugillaribus transmissis
opus nihil fuerat: nunc accipe reliqua, sibi cum
amicis communia, alia ego non habeo munera,
quibus meos beare queam. Rogo operam des, ut
haec ad nostrum Venetum afferantur. Bernates et
Sabaudum cruentum genere bellum non ignoratis,
hic veterano milite, illi multitudine tironum,
quibus voluptas est signa deserere, superior. ita tamen
ut Bernates sentiant se magno onere premi, assuefacti
diuturno ex otio alijs potius imperare aut pro se
contemnere, quam molestias perferre. Verum ita
forlassis visum Deo, ~~hos~~ hi ut castigentur, ille vero
ut crabrones excitando temeritatis suae qua
palam a Pontif: Romano accusatur, commeritas
poenas luat. Non sunt diuturni impetus ab
desperatione profecti. Sed de his vos rectius iudica-
bitis. Interim tu haec boni consules et fratrem meis
verbis salvere iubebis. Vale. Catend: Julij Anno 89

T. obs.

Abrah: Colbingerus.

Dem Ehrnvesten vnnd hochgelerten herrn
Philippo Camerario, der Recht Doctor
vnnd der Statt Nürnberg Rath vnnd
Advocaten, meinem besonders günstigen
herrn vnnd freundt
Nürnberg.



S. P.

Clarissime doctissimeque Vir, ut vobis invideam
usuram sapientissimorum colloquiorum Dni Smidelini
communis amici nostri, natura mea non fert, ut
autem admonitiones ipsius et consilia apud eos cum
quibus nunc versatur locum aliquem tandem habeant
et cupidos reddant atque alacres ad capessendam
patriam et Rempub. hactenus neglectam, ne dicam
desertam aut proditam, id etiam atque etiam precibus
a Deo opt. Max. efflagitandum videtur. Sed illum
haud aegre ad nos advolaturum, at quaedam ipsi
interea innotuisse arbitror, quae ipsum a proposito
avertant: ut procul dubio ex ipso intelliges. Mihi
itaque omnis spes adempta videtur illum videndi. Nam
etsi summus quidam vir me eo accersiverit,
quo Smidelinum nostrum fortassis offendere possem:
tamen quaedam maximi momenti negotia privata
quae aliis committi nec debent nec possunt, invitum
me retrahunt. Quo igitur nunc animo affectus
sim, facile conjicies. Utinam, utinam unius saltem
horae usura concederetur, quamvis facile intelligam
discedendi ejusmodi festinationem utrique nostrum
molestissimam fore. Interea te summopere rogo
ut illum cum meis verbis salutare iubeas et ostendas
vitam mihi nunc acerbam esse, quod videre eum
non contingat.

assentieo

Ex Galliis hac septimana nihil plane habuimus
litterarum. Regi auxiliis opus esse invenis,
ergo Regina Angliae vehementer urget. De urbe
[illegible], ne in potestatem Hispani proditionibus
perveniat, summopere veremur: quamvis consilia de ea
tecta sint. Sed brevi plura. Vale Vir Clarissime
Leidae 29 Januarii CIↃ IↃ XC

Tui studiosiss. Abrah. Colonius.

Dem Ehrnuesten hochgelerten herrn Phillips
Camerario der rechten Doctor, vnnd
der Statt Nürnberg Aduocaten, meinem
sonders günstigen herrn /


S. Clarissime Vir, quamvis quod scribam hoc tempore nihil est, nisi tristia illa et pervulgata de maximis conjuratorum apparatibus cum molestia repetere velim, tamen post tam diuturnum silentium aliquid ad te exarandum duxi, antequam plane ex animo tuo effluam. Ex [illegible] nostri silentio conjicio illum nondum legatione sua perfunctum esse: et spero illum moram hanc gratuitate literarum promissarum compensaturum. Hisce diebus constans fama fuit de Lutetiis a Rege Galliae captis, sed paulo post, proh dolor, in fumum id se abijt. Pertinacissimis animis extrema experiri quam naturali suo Domino se subjicere malunt. Rex adhuc haeret in difficillima et laboriosa obsidione. Constituunt hostes non solum Urbem obsidione liberare sed et Regem undique circumcingere, e contra Rex publico jejunio indicto et Eucharistiae communione animo confirmato obviam hostibus ire et vitam potius profundere quam tantis laboribus liberius obnoxius esse cupit. Itaque omnium piorum est, ardentissimis precibus pro victoria et salute Regis intercedere. Legatorum Regiorum culpa Rex Germanicis auxiliis caret, sed Dominus providebit et tuebitur gloriam nominis sui. Interea Vale et nos amare perge. Datae Heidelb. 16 Julij Anno 90.



Tuae Excell.

Studiosiss.

Abrahamus [illegible]



Clarissimo praestantissimoq Viro Domino
Philippo Camerario J.V. Doctori et
Reipubl. Noricae à Consiliis, amico suo
plurimum colendo

Nürnberg

20. Julij A° 90.
Abraham Colberger

S. Clarissime Vir, quamvis quod scribam hoc tempore non habuerim, tamen Illustriss: Principis nostri consiliarium D. Calmannũ apud nos transituro vnanem praetermittere nolui: De rebus Gallicis tam varia et incerta rumore sparguntur, ut pigeat ea recensere. Pugnatum fuit inter Regem et coniuratos, sed nec tantis viribus, nec tanta clade, sicuti fama percrebuit: superior tamen evasit Rex. Breui publico donabimus peni omnia quae Legatus Coniuratorũ ad Pontificem in mandatis habuit, interceptaq. n. mandata nunc accepimus. Icones hosce de rebus Gallicis, ut boni consulas rogo. Vale. 3 8bris Anno 69.

Tui Studiosiss.

Abrahamus Colbingerus

Praestantissimo Viro Dno Philippo Camerario,
J.V. Doctori et Reipubl. Noricae consiliario,
amico suo plurimum colendo